



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

III. Media obtinendi loquelam Spiritualem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

III. Media obtinendi loquelam Spiritualem.

PRimum est. Solida rerum divinarum meditatio. II. Multa sacra scriptura & librorum asceticorum lectio. III. Sedula in concionibus & lectione mensa attentio. IV. Crebra doni lingue spiritualis petitio. V. Solers annotatio, & preparatio ad pia colloquia: si enim Filii huius seculi adversaria conficiant silvam rerum curiosarum conquirant, ad facundè diserteque de re quavis mundana differendum; quidni Sacerdotes & Religiosi, tanquam Filii lucis, Filiis seculi non cedant in industriis spiritus & eterna salutis? VI. Ante omnia verò juvabit intimus ardor rerum spiritualium, & fervens proprii alieniq; profectus in spiritu desiderium: nam ut Salvator ait: Ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 12. Et hoc quisq; ructat quod bibit: atque ut D. Prosper feribit: Hoc loquuntur quique quod diligunt, & delectabiliter audiunt, quod assiduis cogitationibus volunt. lib. 3. de vit. contempl. c. 6. VII. Denique plurimum confert continua exercitatio. Fabricando fabri simus.

IV. Ex-